

Sacramenta, testis omni exceptione major est D. Paulus, nominans Baptismum lavacrum regenerationis ac renovationis Spiritus sancti: Tit. 3. 5. Et Petrus, eundem appellans ἐπερωτημα stipulationem bonæ conscientie apud Deum. 1. Pet. 3. 21. § 2. Conservari verò fidem & confirmari per Sacramenta, testatur præter alia multa vel unicus ille finis primarius institutæ Cæne Dominica, qui est, ut promissiones Evangelicas de gratuita Dei misericordia, quæ in concione Evangelij omnibus in genere offeruntur; in specie per manducationem corporis & bibitionem sanguis Christi in sacra cœna, singulis seorsim applicentur.

§ 3. Furor ergo est gentis sacramentaria, contendentis non per sacramentorū usum conferri regenerationis gratiam: sed jam ante illam adesse fidelium & electorum liberis: id quod in seq. disputatione de Baptismo fusiùs ostendetur.

§ 4. Est verò hic Sacramentorum usus communis omnibus tam Veteris, quàm Novi Testamenti Sacramentis: ita ut, quoad præsentem questionem, nihil illis intercedat discriminis.

---

Quæstio. III. Θεσεως.

De conditione & qualitate eorum, qui Sacramentis salubriter participare volunt.

Gg 4

De